



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

Honorius II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](#)

Possessiones & Regalia Beati Petri, quæ à principio hujus discordiæ usque ad hodiernum diem, sive tempore Patris mei, sive etiam meo ablatæ sunt, & habeo, eidem Sanctæ Romanae Ecclesiæ restituо, quæ autem non habeo, ut restituantur, fideliter adjuvabo. Possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum, tam Clericorum, quam Laicorum consilio Principum, & justitiae, quæ habeo, reddam, quæ non habeo, ut reddantur fideliter adjuvabo. Et do veram pacem Domino Papa Callisto Sanctæque Romanae Ecclesiæ & omnibus, qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt. Et in quibus Sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit fidliter juvabo, & in quibus mihi querimoniam fecerit debitam sibi justitiam faciam.

Ego CALIXTUS Servus Servorum Dei, dilecto filio Henrico Dei Gratia Romanorum Imperatori Augusto concedo Electiones Episcoporum & Abbatum Toutonici Regni, quæ ad Regnum pertinent, in praesentia Tua fieri absque simonia, & aliqua violentia, ut si quæ inter partes discordia emerget, Metropolitani & Provincialium consilio vel iudicio seniori parti consensum, vel auxilium præbeas. Electus autem Regalia per sceptrum à te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, & quæ ex his iure Tibi debet faciat. Ex aliis vero partibus Imperii consecratus infra sex menses regalia per sceptrum à te recipiat. De quibus vero mili querimoniam feceris secundum officii mei debitum auxilium meum præstabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua sunt, vel fuerunt, tempore hujus discordiæ. Anno millesimo centesimo vigesimo secundo, nono Calendas Octobris.

HONORIUS SECUNDUS.

PONTIFEX CLXV.

ANNO DOMINI MCXXIV.

Honorius II. cui prius nomen Lambertus Bononiensis ex Episcopo Ostiensi Pontificatu maximo donatus XIX. Kal. Januarii anni 1124. Verum non sine Schismate quod Theobaldus sibi Pontificatus maximi partes usurpaverat. Ea tempestate Tanchelinus Adamitarum præfector suam condidit haeresim, & Rex Gothorum Christianæ Religioni nomen dedit. Obiit Honorius XVI. Kal. Martij anno 1130. & in Basilica Salvatoris sculptus fuit. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. Append. fol. 32.*)

I.
Ex Labbe
T. i. pag.
910.
Edita A. D.
1125.

Confirmatio excommunicationis latæ in Fulconem Comitem Andegavensem.

HONORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, dilectis filiis Clericis Turonensibus Matris Ecclesiæ S. Mauricii, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Proemium.

Sicut boni & humiles filii sunt paternæ dilectionis nexibus arctius adstringendi, ita

ingrati & inobedientes sunt rigore justitiae coercendi.

§. 1. Siquidem compertum habuimus quod Fulco Andegavensis Comes divertium illiciti matrimonij filiae sue & Guillelmi filii Roberti Comitis a dilecto filio nostro J. Cardinali Prelato Apostolicæ sedis Legato, & ab illis fratribus nostris Coepiscopis, & sapientibus viris accepta idoneorum probatione testium judicatum servare contempsit.

§. 2. Præterea quod gravius est, ut acceperimus, ad B. Petri sanctæ arque Apostolicæ Romanae Ecclesiæ injuriam prædicti Legati Nunций ad eum directos capiens, & in arcta custodia per duas septimanas retinens, barbas eorum & capillos flammis exurere & Literas in conspectu hominum sub dio cremare præsumpsit.

§. 3. Unde Legatus idem in p' op'riam Comitis terram interdictionis, & in personam eius excommunicationis sententiam promulgavit. Nos ergo habito fratrum consilio, eamdem usque ad condignam satisfactionem sententiam ratam habemus. Interdictum autem præcipimus observari.

Datum Laterani pridie Idus Aprilis.

Fulconem miratur di-vortium illi-citi matr- monij filie sue à Legato judica um ser-vare con-temp-sisse.

Eumque Legati nuntios curiis accepisse.

Sententiam ex communica-tionis in terram Comi-silique per sonam promu-gata confir-mat.

II.
Ex spicil.
Dacher. T. 3:
nov. edit.
pag. 479.
Edita An:
Dom. 1128.

Damnatio parvæ consuetudinis exigendi pecunias ab his qui recipiuntur in Canonicos.

HONORIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; Alexandro. Episco-po & Clero Leodiensi, Salutem & Apo-stolicam benedictionem.

R Elatione Fratrum vestrorum ad nos venientium compemus hanc in vestra Leodiensi Ecclesia detestabilem ex antiquo fieri consuetudinem, ut quicumque ibi Canonicus fieri voluerit, oporteat eum Praeposito & Decano determinatam pecuniam exhibere, & ad hoc de investituris Ecclesiarum, & Altarium Archidiaconos & Decanos facere acceperimus. Scriptum est in Evangelio quia Dominus Noster vendentes & ementes ejicit de templo. Ideoque per præsentia scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatinus tam prava consuetudo de cetero apud vos nullatenus conserveretur, sed modis omnibus annihiletur Quod si quis deinceps præsumferit agere, nos & dantem & accipientem jubemus locum in Ecclesia ulterius non habere. Datum Laterani VII. Idus Novembris I.

INNOCENTIUS II.

PONTIFEX CLXVI.

ANNO DOMINI MCXXX.

D ie eodem quo Honorius vita functus Innocentius hujus nominis secundus, Cardinalium unius partis, & quidem potissimum suffragio fuit electus anno MCXXX. cum altera pars Petrum Leonis Schismaticum eligeret, At Innocentius celebratis Claromontano, & Pisano Concilijs hunc & fautores anathemate feriit. Lotharium Imperij diadema donavit. A

Rogerio

Rogerio bello captus, quum eum Regem Siciliæ, Apulia, & Calabriæ creasset dimissus est. Petrus Abailardus, Arnaldus Brixiensis, & Petrus de Bruis nova, & impia dogmata spargunt. Demum his in Concilio Senonensi damnatis Innocentius obiit anno 1143. Octavo Kal. Octobris, cum Romanae sedi præfuisset annos 13. Menses Septem. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. Append. fol. 32.*)

I.
Ex Labbe
T. 10. Col.
946.

Lothario Imperatori concedit allodium Terrarum Comitissæ Mathildæ.

INNOCENTIUS PAPA SECUNDUS.

Lothario Imperatori Augusto & Rigel Imperatrici.

Si autoritas Sacra Pontificum & potestas Imperialis vere glutino caritatis ad invicem complentur: omnipotenti debitus famulus liberè poterit exhiberi, & Christianus populus grata pace & tranquilitate gaudebit. Nihil enim in praesenti saeculo est Pontifice clarius, nihil regi sublimius: nihil est quod lumine clariore præfulget quam recta fides in principe, nihil est quod ita nequeat occuli subiacere quam vera Religio. Quæ nimur omnia tanto manifestius. Deo gratias in persona tua clarescunt, quanto ab ineunte æate amator religionis & cultor justitiae excutisse cognosceris, & novissime diebus istis, nec personæ tuæ nec propriae parendo pecuniae, pro beati servitio multos labores & immensa pericula pertulisti. Cum ergo testante sacro eloquio, etiam mali patres bona data filii suis debeant impartire, dignum profecto est ut nos, qui disponente Domino, universis catholica Ecclesiæ filiis debemus sollicitudine paterna consulere, personam tuam arcuimus & tanquam specialissimo Ecclesiæ defensori, in his quæ ad statum Imperij in suo robore conservandum & utilitatem ac liberationem catholica Ecclesiæ spectare nocturnum, tam Secundum Ecclesiasticum officium, quam temporaliter, imperatoriam potentiam augeamus.

S. 1. Hoc nimur intuitu allodium bone memoriae Comitissæ Mathildæ, quod utique ab ea beato Petro constat esse collatum, vobis committimus, & ex apostolica sedis dispensatione concedimus, atque in praesentia fratrum nostrorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, nec non Principum & Baronum, per annum investimus: ita videlicet ut centum libras argenti singulis annis nobis & successoribus nostris exolvas, & post tuum obitum proprietas ad ius & dominium sanctæ Romanæ Ecclesiæ cum integritate absque diminutione & molesta revertatur.

S. 2. Quod si nos, vel successores nostros in eandem terram venire, manere, transire oportuerit: tam in susceptione quam in procuratione, atque securo conductu, prout Apostolica sedes decreverit, honoremur.

S. 3. Qui vero arcet tenuerit, vel rector terræ fuerit Beato Petro & nobis nostrisque successoribus fidelitatem faciant.

S. 4. Ceterum pro caritate vestra, nobili viro Henrico Bavariae duci genero vestro, & filia vestra uxori ejus, eandem terram cum

Allodium à
Comitissa
Mathilda B.
Petro colla-
tum com-
mittit per an-
nulumque in-
vestit modo
per singulos
annos cen-
tum argenti
libras sibi
suisque suc-
cessoribus
exolvat &
proprietas
ad ius S.R.E
post obitum
revertatur.

Se successo-
resque ho-
norandos fi-
in hanc ter-
ram vene-
rint prout
Apoll. Sedes
decreverit à
Pontif. fan-
cicum est.
Huiusque ter-
ræ recto-
res R. P. fi-
delitatem fa-
ciendos.
Cum pre-
fato censu
Henrico Ba-
variae Duci
Imp. gene-
ro, ejusque
uxori conce-

præfato censu & supradictis conditionibus Apostolica benignitate concedimus: ita tamen ut idem Dux hominum faciat, & fidelitatem Beato Petro ac nobis nostrisque successoribus juret.

S. 5. Post quorum obitum, prædictum Comitissæ Mathildæ allodium & ius & dominium Sanctæ Romanae Ecclesiæ sicut supradictum est, integrum & absque diminutione atque difficultate aliqua reducatur: salvo tamen semper in omnibus ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ jure ac proprietate.

Datum Laterani Sexto Idus Junij.

ANNO
1133.
dit ita tamen
ut hominum
faciant & B.
Petro fidelitatem
jurent.

Post eorum
obitum præ-
dictum allo-
dium S.R.E.
reducendum
statutum.

II.
Ex Ughell.
Ital. Sac. T.
4. Col. 1135.
Vet. Edit.
An. Do. n. 13.

Erectio Ecclesiæ Januensis in Metropolim.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Syro Januensi, Archiepiscopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Exordium.

Justus Dominus, & justitiam dilexit, aequitatem vidi vultus ejus. Si pro homine perditio humanus est Dei filius & pro ejus redemptio, atque salute mortem ignominiam pertulit. Catholica igitur, & Sancta Dei mater Ecclesia ne filii sui dammentur perpetuo, bona sua hilari vultu, & mente jucunda, quoniam id ipsum aequitatis, & justitiae ratio posulat debet impendere. Quocirca sacrosancta sedes Apostolica animarum saluti providens, quoniam pro discordia, & guerra, quæ inter dictam Januensem Civitatem & Pisam olim argutissimo id favente inimico humani generis orta est, incomparabiles hominum clades Christianorum captivitates, & Ecclesiarum destructiones innumeræ provenerunt, ut de cætero tam destabilis lis, & dissensio conquiescat personam tuam, & per te Januensem Ecclesiam à praefata civitate, quæ Beato Petro ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ fidelis, & ad seruendum prompta extitit, & de cætero se id facturam propensus pollicetur decorum & exaltationem, prærogativa gloria sublimat.

S. 1. Te igitur frater charissime Syre Archiepiscopo Pallii genio decorantes, & gratia ampliori donantes, In Archiepiscopum promovemus, & tres Episcopatus in Corsica, Moranen, videlicet Nebolessem, & tertium, cuius sedem constituiimus Ecclesiam Sancti Petri de Acci, qui habeat unam plebem de Marana & aliam de Meria, atque Vobensem & illum de Brunate, quem modo novum statuimus tibi, tuisque successoribus Metropolitico jure subjecimus.

S. 2. Verum tamen Episcopatum Januensem, & te videlicet, ac posteros tuos ab omni emancipatos subjectione in manu propria liberè reuinemus, statuentes, ut Januensis Archiepiscopus eo ordine, quo & Pisanius à solo Romano Pontifice consecratur.

S. 3. Quod si forte Pisanius Archiepiscopus à suis suffraganeis fuerit consecratus, Januensis quoque à suis nihilominus similiter consecratur.

S. 4. Deinde vero infra Ecclesiam præferens, videlicet diebus Cœna Domini & Pascha, Ascensione Domini Pentecosta, in festivitate Apostolorum Petri & Pauli, S. Laurentii, tribus festivitatibus S. Marie Natali Domini Epiphania, & in die anniversarij consecrationis tuæ. In consecrationibus, quoque Episcoporum, Basiliacarum, & Ordinationibus Clericorum, Abbatiæ quoque de Tyro ad meliorationem, salva Sanctæ Romanae Ecclesiæ proprietate ac consensu

In Archie-
piscopum
Syrum
promovet
eumque Pal-
lii genio de-
corat, & tres
Episcopatus ei
successori-
busque sub-
jecit.

Januenses
Archiepi-
copos & Pi-
fanos à solo
R. P. confe-
randos sta-
tuit.

Si unus eo-
rum à suffra-
ganeis con-
secratus fue-
rit alter ve-
ro similiter
consecratur.

Abbatiam
quoque de
Tyro salva
S. R. E. pro-
prietate Syro
committit.

tibi

Possessiones & Regalia Beati Petri, quæ à principio hujus discordiæ usque ad hodiernum diem, sive tempore Patris mei, sive etiam meo ablatæ sunt, & habeo, eidem Sanctæ Romanae Ecclesiæ restituо, quæ autem non habeo, ut restituantur, fideliter adjuvabo. Possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum, tam Clericorum, quam Laicorum consilio Principum, & justitiae, quæ habeo, reddam, quæ non habeo, ut reddantur fideliter adjuvabo. Et do veram pacem Domino Papa Callisto Sanctæque Romanae Ecclesiæ & omnibus, qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt. Et in quibus Sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit fidliter juvabo, & in quibus mihi querimoniam fecerit debitam sibi justitiam faciam.

Ego CALIXTUS Servus Servorum Dei, dilecto filio Henrico Dei Gratia Romanorum Imperatori Augusto concedo Electiones Episcoporum & Abbatum Toutonici Regni, quæ ad Regnum pertinent, in praesentia Tua fieri absque simonia, & aliqua violentia, ut si quæ inter partes discordia emerget, Metropolitani & Provincialium consilio vel iudicio seniori parti consensum, vel auxilium praebas. Electus autem Regalia per sceptrum à te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, & quæ ex his iure Tibi debet faciat. Ex aliis vero partibus Imperii consecratus infra sex menses regalia per sceptrum à te recipiat. De quibus vero mili querimoniam feceris secundum officii mei debitum auxilium meum praestabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua sunt, vel fuerunt, tempore hujus discordiæ. Anno millesimo centesimo vigesimo secundo, nono Calendas Octobris.

HONORIUS SECUNDUS.

PONTIFEX CLXV.

ANNO DOMINI MCXXIV.

Honorius II. cui prius nomen Lambertus Bononiensis ex Episcopo Ostiensi Pontificatu maximo donatus XIX. Kal. Januarii anni 1124. Verum non sine Schismate quod Theobaldus sibi Pontificatus maximi partes usurpaverat. Ea tempestate Tanchelinus Adamitarum praefector suam condidit haeresim, & Rex Gothorum Christianæ Religioni nomen dedit. Obiit Honorius XVI. Kal. Martij anno 1130. & in Basilica Salvatoris sculptus fuit. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. Append. fol. 32.*)

I.
Ex Labbe
T. i. pag.
910.
Edita A. D.
1125.

Confirmatio excommunicationis latæ in Fulconem Comitem Andegavensem.

HONORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, dilectis filiis Clericis Turonensibus Matris Ecclesiæ S. Mauricii, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Proemium.

Sicut boni & humiles filii sunt paternæ dilectionis nexibus arctius adstringendi, ita

ingrati & inobedientes sunt rigore justitiae coercendi.

§. 1. Siquidem compertum habuimus quod Fulco Andegavensis Comes divertium illiciti matrimonij filiae sue & Guillelmi filii Roberti Comitis a dilecto filio nostro J. Cardinali Prelbytero Apostolicæ sedis Legato, & ab illis fratribus nostris Coepiscopis, & sapientibus viris accepta idoneorum probatione testium judicatum servare contempsit.

§. 2. Præterea quod gravius est, ut accipimus, ad B. Petri sanctæ arque Apostolicæ Romanae Ecclesiæ injuriam prædicti Legati Nunios ad eum directos capiens, & in arcta custodia per duas septimanas retinens, barbas eorum & capillos flammis exurere & Literas in conspectu hominum sub dio cremare præsumpsit.

§. 3. Unde Legatus idem in p' op'riam Comitis terram interdictio, & in personam eius excommunicationis sententiam promulgavit. Nos ergo habito fratrum consilio, eamdem usque ad condignam satisfactionem sententiam ratam habemus. Interdictum autem præcipimus observari.

Datum Laterani pridie Idus Aprilis.

Fulconem miratur di-vortium illi-citi matr- monij filie sue à Legato judica um seruire con-tempisse.

Eumque Legati nuntios curios accepisse.

Sententiam ex communica-tionis in terram Comi-silique per sonam promu-gata confir-mat.

II.
Ex spicil.
Dacher. T. 3:
nov. edit.
pag. 479.
Edita An:
Dom. 1128.

Damnatio parvæ consuetudinis exigendi pecunias ab his qui recipiuntur in Canonicos.

HONORIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; Alexandro. Episco-po & Clero Leodiensi, Salutem & Apo-stolicam benedictionem.

R Elatione Fratrum vestrorum ad nos venientium compemus hanc in vestra Leodiensi Ecclesia detestabilem ex antiquo fieri consuetudinem, ut quicumque ibi Canonicus fieri voluerit, oporteat eum Praeposito & Decano determinatam pecuniam exhibere, & ad hoc de investituris Ecclesiarum, & Altarium Archidiaconos & Decanos facere acceperimus. Scriptum est in Evangelio quia Dominus Noster vendentes & ementes ejicit de templo. Ideoque per præsentia scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatinus tam prava consuetudo de cetero apud vos nullatenus conserveretur, sed modis omnibus annihiletur Quod si quis deinceps præsumferit agere, nos & dantem & accipientem jubemus locum in Ecclesia ulterius non habere. Datum Laterani VII. Idus Novembris I.

INNOCENTIUS II.

PONTIFEX CLXVI.

ANNO DOMINI MCXXX.

D ie eodem quo Honorius vita functus Innocentius hujus nominis secundus, Cardinalium unius partis, & quidem potissimum suffragio fuit electus anno MCXXX. cum altera pars Petrum Leonis Schismaticum eligeret, At Innocentius celebratis Claromontano, & Pisano Concilijs hunc & fautores anathemate feriit. Lotharium Imperij diadema donavit. A

Rogerio